COLLECTA-
NEA SIVE REPOR-
TATA, *Bernardini Alphani,*
IVRISCONSVLTI
Perusini, & Sexti à
Bartolo.

AD MILLE INSIGNIORA LOCA
I.C. e xvarijs tam antiquorum authorum monumentis longo studio ac magna diligentia conquisita & congesta: ad subleuandum omnium ius ipsum Cæsareum profitentium, laborem mirum in modum conducentia, & ad communem Studiosorum vtilitatem nunc primum in lucem edita.

CVM DVPLICI INDICE, VNO LEgum, Altero notabilium materiarum.

LVGDVNI,
Apud Symphorianum Beraudum.
M. D. LXXII.

REVERENDISSIMO
BONSIGNORI FINETTO,
ROMANAE ROTAE AVDITO-ri, & Perusiæ Vmbriæque Gubernatori dignis-simo,

BERNARDINVS ALPHANVS
IVRISCONS. S. D.

EARVM Artium, quæ ab hominibus aut discuntur, aut docentur, vt summam inter mortales gloriam consequuntur: nulla est, in qua plures Naturæ quodam impulsu operam suam locare consueuerint, quàm in Iuris, Iustitiæq; cognitione, quæ cùm eiusmodi sit, vt nulla reperiatur Ars alia quæ plura in communem omnium vtilitatem afferat, summáque ac amplißima præmia, vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem ei proponantur, mirari non debemus, vnde fiat, vt hominum animi ad huiusmodi studia igniculis quibusdam cupiditatis incendantur atque inflammentur, ac ex omni memoria ætatum, temporum, Ciuitatum, tàm magnus Iurisconsultorum numerus extiterit. Atque vt omittam alias vrbes, quæ semper in hac scientia Principes esse voluerunt, & in quibus leges ipsæ inuētæ ac perfectæ penè sunt, in hac ipsa ciuitate profectò, nulla vnquam vehementius quàm Iuris Ciuilis studia viguerunt. Quibus de causis fit, vt valdè probem ingenia nostrorum hominum, eáque multum cæteris hominibus omnium gentiū præstitisse iudicem, qui ea doctrina, quam incredibili quodam studio assecuti sunt, ad eam gloriam peruenerunt, ad quam non communis, sed paucorum notata vestigijs via quædam est, quorúmque nomina multorum: & sermonibus, & scriptis celebrata, nulla vetustate extingui possunt. De Baldis illis loquor, Angelis, Petris, ac alijs eius generis innumeris autoribus, de quibus patria nostra gloriari iure potest, quibusq; nullum gloriæ, nullum honoris præmium est, quod non meritò tribuendum putetur, ij, ij sunt viri, de quibus nulla posteritas conticescet. Sed vt vetera sileamus, quo tēpore ciuitas nostra maiore, quàm nūc, Ius Ciuile docentium multitudine vnquam floruit? quocunque te conuerteris, permultos huius disciplinæ doctores videbis summæ nō solū expectationis, sed etiā virtutis, qui nō lucri ac cōpendij spe illecti, sed scientiæ studio, veræq; gloriæ quæ merces virtutis industriæq; altrix est, desiderio impulsi in has sacrosanctas leges incumbunt, quos cùm socios, & consortes gloriosi laboris habeam, ita laudo, vt laudum etiam mearum cursum ab illis sperem adiutum iri. Ni mirum vnusquisque natura suæ semina sequitur, & cum Iuris constitutio, ac obseruatio humanæ mentis, rationisque adeò propria est, vt hoc vno præstemus, vel ma-

ximè feris: tum huius Ciuitatis homines propriam quandam ad eam propensionem insitam ipsis, vel potius à natura ingeneratam habent: Hoc me verò studio satis mea sponte flagrante acrius inflammauit domesticum Bartoli tritaui mei exemplum, cuius fama præclarißimis parta studiis, ac egregiis testata scriptis longinquas regiones peruagata ad intimos etiam Oceani recessus penetrauit, cúmque æternitate coniuncta est. Hæc antiqua maiorum existimatio, & clarißima auorum memoria, quasi viam ad virtutes ita munit, vt turpe quiddam iudicemus è spacio eorum, curriculóque deflectere, & naturale quoddam stirpis bonum degenerare. In hac igitur Arte naturali, ac patrio quodam iure libenter omnem meam operam, industriámque locaui curauíque diligenter, ne quod ocium ac tempus in ea consumpsi, id omne inaniter consumptum esset. Quoniam verò Ciceronis voce admonitus, in magnam potius atque vberem quàm difficilem Artem incidisse animaduerteram, cui nunc de facilitate non assentior, publicéque interesse eam ingentem syluam potiùs recidere, quàm magnis commentariis lectorem onerare, quod & Alciatus ex nostratibus sensit, viguit semper meis in studiis illa cura, néc habui quicquam in eis antiquius, aut obseruaui diligentius, quàm vt ea, quæ dispersa in iure inuenissem, à me cogerentur: Cæpi igitur quædam adnotare, quæ mihi olim vsui fore existimabam, si fortaßis aliquando eadem denuò prælegendi occasio se offerret, & quæ ab aliis in abditißimis locis pronunciata fuerant, breuiter, & sub compendio attingebam. Ex quo factum est, vt multæ leges variis in monumentis explicatæ, qui eas explicauerint, quóue in loco optimè scirem res fuit non exigui temporis, & maximi laboris, ei tamen cùm ad commodum horum studiorum maximè spectaret, non pepercimus. Ipse verò qui videram paucos adhuc inuentos esse, qui hoc tentauerint, & huius scientiæ iuuandæ huiusmodi iniuerint rationem, decreui quæ collegeram in lucem ferre, & ad genus hoc scribēdi, quod admodū Iuri Ciuili, vt ego sentio, necessariū est, alios quasi facibus quibusdā admotis inflāmare, vt industria nostra auxilij aliquid attulisse huic studiorum generi diceretur: Quòd si mihi consequi licuerit, vt ea, quæ in iure Ciuili dißipata, multísque voluminibus comprehensa, ea collecta vndique, ac paßim decerpta multa ante oculos ponam, ac in vsu quotidiano collocem, nonne minus eorum doctrina vagabitur, qui ad ea, quæ variis in locis legerunt, memoria conseruanda haud satis firmi, atque diuturni fuerunt? Nam rarò accidere solet, vt summam illam facultatem, custodémue quandam cæterarum ingenij partium memoriam, quæ res ex omnibus partibus animi maximè delicata, & fragilis est, perfectè quispiam poßideat, déque magno hoc, & præstanti bono gloriari omnino poßit: Si enim studia Iureconsulti acutè inspexerint, in quibus ingenia sua summa cum laude exercent, facilè intelligent quàm longum tempus in inuestigatione quarundam rerum consumpserint, & inuenerint plerunque, vt quò diligentius rem aliquam in occulto latentem inquisiuerint, eò longius ab ea abfuerint, nullo enim ferè ordine docendi, nulla scribendi methodo hæc Ars instituta est. Itaque omnia quæ ad eius cognitionem pertinent, in obscuritate qua-

dam

dam iacent, & abditißimis tenebris versantur, vt vel summo cum labore vix euocari poßint. Ego autem praeclare teneo ingentia librorum volumina, quorum ea est multitudo, vt iam prorsus diffidam illorum Indices posse fieri, vt legant, in causa solùm fuisse, vt tam multa in Iure Ciuili sint occultißima, tantóque cum labore vix inueniantur. Difficili autem in loco versatur eorum industria, qui his temporibus de legum scientia scribunt, neque tu, Praeses prudentißime, hoc ignoras, qui & exercitatione literarum, & summa prudentia naturae munere tibi concessa facillime assecutus es, vt iudicio excelleres, & quorum laudanda, quorúmue explodenda eruditio sit, optimè docere posses: Nam quotidie ferè modò à cognitione ad res agendas, modò à rebus agendis ad cognitionem traductus, ita & scientiarum studia, & vsum rerum maximarum simul complexus es, vt quae est magna inter homines de genere vitae cõtrouersia, tu eã egregia quadã ratione sustuleris. Vides, Antistes clarißime, tot, tantísque tenebris grauißimorũ etiam virorum mentes à varijs infinitísque Scriptoribus obrutas esse, vt vix emergere poßint, opinionúmque varietates, quibus plerunque doctores huius scientiae inter se longißimè disceptant, tàm sine vllo ordine explicatas, vt eas inuenire viri alioqui in his literis maxime exercitati prorsus ignorent. Hac autem via, quae quasi Compendiaria est, ea, vt proximè dicebam, quae ab antiquis, recentioribúsque Iurisconsultis fusius dicta fuêre certa quadam methodo, & quasi praetereuntes omnes inuenire facilimè possunt, quae colligere dispersa immensi laboris ac temporis esset. Nec puto mihi aliquid obesse, quod ex omni hac tractatione pauca quaedam tanquam noua, & à me primum animaduersa hic notauerim, maiorem enim arbitror ab eruditis harúmque rerum intelligentibus hominibus me gratiam initurum, si quae viri doctißimi Scripta nobis varijs in locis reliquerunt, ea quasi latentia indicem suísque locis tradam. Nam si quis legis vel constitutionis alicuius plures interpretationes quaerat, & à quibus aliqua materia pertractetur, scire cupiat, factum nunc est, vt praestò sint omnia vbi maximè requiruntur, magnáque ex parte responso, ac legi adhaereant. His tamen constitui inspargere nonnullos Iuris Ciuilis locos, ac eos quomodo intelligendos arbitrer exponere, vt aliquod specimen conatus mei, & industriae meae fructus, quos in hoc celeberrimo Gymnasio decem annos Ius Ciuile profitendo colligere potui, in aspectum, lucémque proferantur. Neque tamen fallor in eo, quia meis è scriptis magnam mihi laudem spero, probari námque non à quouis homine, sed à doctis viris, atque etiam laudari mea scripta magis velim, quàm spero, nisi quia homines, quod maximè cupiunt, itidem facilè adducuntur, vt maximè sperent. Ego quidem, qui non ea doctrina ingeniòue sum, vt à me quicquam egregium expectari debeat, scribam tamen quantùm per ingenij imbecillitatem licebit, & conabor efficere, vt scripta mea, si nullam aliam ob causam in Studiosorum manibus versari debeant, & edita statim ab iis arripi vtilitate, tamen tueantur ipsa se, eò mea quaecunque est dirigitur industria, mei labores intenduntur: Ea enim, vt ait Cicero, Virtus videtur esse praestantißima, quae est fru-

nuosa aliis, ipsi autem laboriosa, aut certè gratuita, grauissimáque laus eorum factorum habetur, quæ suscepta videntur sine præmio. Ipse verò eam statuens, quæ iam increbuit seruare consuetudinem, vt de quibus optimè sentimus, iis dicata esse, & eorum nomine insigniri nostra scripta cupiamus, cui aptiùs hæ vigiliæ meæ mitti potuerunt, quàm ei, quem noui omni egregiæ virtutis laude cumulatum? Cui & si magna est grauissimorū negotiorum imposita moles, quam is summa cum sua laude sustinet, tamen in illa ipsa occupatione ita eum literarum tractatio delectat, vt legat cum voluptate, quæ alij scripserunt, & quod ipsi ocij ac temporis datur, id in optimarum artium studiis libentissimè consumat, quo fit, vt ad magnas res agendas & tractandas vehementius instruatur, & dispari in studio, pari tamen cum laude versetur. Quapropter ago Deo gratias omnium laudandarum rerum Autori, simúlque Pontifici, qui nunc sedet in Pontificia sede dignissimus, qui potestatem huius tibi regendæ Ciuitatis detulit. Id autem (vt ego opinor) ob eam causam, quòd quanta vis in exemplo sit nō ignorat, & quòd mores ciuitatis ex Principum moribus effinguntur. Cúmque summus Pontifex maximè laudandus est, & ad illam dignitatem diuinitus elatum esse censendum, quòd optimè ipse sentit, tum quòd optimos viros sibi adsciuit suæ rectæ voluntatis administros. Tu verò in hac ipsa administratione, quam tibi summus Pontifex demandauit, ita eius personæ grauitatem omni re ac loco tueris, vt nec humanitatem: comitatémque desiderare quispiam possit, quæ virtutes specie dispares prudentia coniunguntur. Difficillimum profectò est in plurimorum controuersiis diiudicandis ab omnibus diligi, tu tamen consequeris, vt omnia sint grata quæ facis iis etiam ipsis, quos contra statuas. Profectò summorum hominum sapientia, & grauitas proximè principem, & in ipso capite consiliorum statuenda est, vt maiorem vtilitatem humano generi possit afferre: mores benè constituti conseruentur, & ad optimam viuendi rationem ciuitates alliciantur, quod in tantis quotidianisque agitationibus rerum valdè necessarium est. Optimus quidem, & iustissimus Pontifex est. Optimus Pontifici coniunctissimus Michael Bonellus Cardinalis Illustr. & Cardinalium sacro Collegio dignissimus, cuius animus ad hæc humana nunquam spectauit, sed ad illa diuina suspiciens Cœlestis vitæ fœlicitatem, quæ in vno Deo omnium bonorum, fœlicitatúmque fonte sita est semper expetendam censuit, quíque ita volūtatem cum communi Ecclesiæ bono coniunctam habet, támque optimis iuuandæ Christianæ Reipub. Consiliis defixus est, vt & sapientissimi Pontificis iudicio, & bonorum expectationi egregiè satisfaciat. Multos autem & sæpe, & maximè iuuans fructum amplissimum sui honoris consequitur, & eum, quo quisque maximè ornatur honorem non mediocriter quidem ornat. Profectò virtus ad se ornandam non assumit aliquid extrinsecus: est enim per se laudabilis, veruntamen in eorum quæ fortuna dat, vsu & moderatione maximè cernitur, fortunæ námque abundantia bonitati maximam facultatem ac materiam dat. Præclara igitur Ecclesiæ gubernatorum cogitationes, præclaræ mentes sunt, sed

eiusmodi tempora? Qui hominum mores? Quibus praeterea vetus Petri haec Nauis agitatur? Quae horribiles procellae multis ab hinc annis eam sic iactarunt? vt nisi rationis quasi gubernaculo regatur quam facilè fluctuet perspicuum id omnibus esse possit? Sed haec quae extra causam nimis fortasse sunt, & in quibus immorari non admodum laetabile est, omittamus. Alia sunt in te, quae non est hic commemorandi locus, ne blandi nimium, assentatoresque videamur. Porrò praeclarae tuae virtutis specimen dedisti, cùm in celeberrimum Rotae Auditorū collegium, ipso maximè collegio comprobante, adscitus es: cui quidem honori facilis amplissimum maximúmque sacerdotium aditus patet, id est, ad eum ordinem, vnde maximè Dei vicarij Rectores humani generis deliguntur, quo, quia te dignum iudico, ratio me mouet, vt ea de te praedicē, quae, cognita virtute tua, longe non absunt. Campos tamen nunc patentes habes, in quibus euagentur, & excurrant functiones virtutum tuarum, in quibus vel omnes ingenij tui diuitias explicare potes. Quis igitur sis, qui futurus aliquando hoc, quod sustines onus, patefacit: Magistratus enim (vt ille ait) virum indicat. Hae sunt causae, quae me, vt hunc librum tuo nomini potissimùm inscriberem, impulerunt, quem cupio à te probari, qualiscunque is sit, à viro enim laudatissimo laudari optabile, & honorificum est. Testatum tamen omnibus esse volumus non gloriae spe adductos, nos haec edidisse, sed vt studiis nostris aliqua per nos tolleretur eorum incommodorū pars, quae Iuriściuili incumbentibus maximam, & molestiam, & difficultatem obijciunt. Alij, quibus maior doctrinae copia est, maiora tibi inscribēt. Ego quidem paruis meae, quam profectò in hac epistola vides, educere voluntatis, obseruantiaeque erga te magnitudinem hominibus declarabo. Nostri autem hi labores, si fieri poterit, vt tibi probentur, optima quidem industriae nostrae gratia referetur, obscuráque per se lucubratio tuo testimonio illustrabitur: Habet enim doctissimi hominis commendatio non mediocrem dignitatem. Vale.

***

IONNES PAVLVS LANCELLOtus I urisconsultus.

Bernardino Alphano. I. C. S. D.

Collectaneis tuis in centurias decem distributis optime atque eruditissime Alphane, (quoniam nostrū de his iudicium requiris) id mihi in iure ciuili videris pręstitisse quod in habendo delectu, & in disponēdis, atque ad victoriam comparandam ordinandis exercitibus peritissimi, & exercitatissimi Imperatores solent. Hi námq; nihil æquè cauent, quam vt ne fortuito, & tumultuario milite, sed meditata ac certa animi deliberatione cum hoste concurrant, & manus conferant: inde fit, vt in collocandis copiis, & statuendis signis, totóque exercitu rectè disponendo animum præcipuè, ac cogitationem intendāt, vt cum eductis copiis confligendum est, aut dirēpto prælio receptui canendum, & rectè aciem explicare, & in hostes incitare, & inimicorū impetus excipere, locū tenere, ac signis nō turbatis legiones tutò retrahere, ac recipere valeant, quæ vna propè ratio est victoriæ cōsequendæ. Ita cum tu innumerabilium fermè Doctorū nostrorum testimonia atque auctoritates plerúnq; secretis, atq; incognitis locis abditas, ac latentes, quasi desertores, siue emansores quosdā nobis educis in apertū, & suis locis, ac sub suis legibus quasi centurionibus quibusdā collocas, ac statuis, quid aliud id est, quàm milites quosdā dispersos, ac palàm res cogere est cohortes, ac propriis ducibus assignare, ac sub certis signis ac stationibus disponere? Vt cum togatæ nostræ militiæ vsus poposcerit non ex improuiso mittere, atq; anxiè per indices cōquærendus miles, sed phalanges ipsæ vltro se nobis ad dimicandū offerāt paratissimę, quibus iuris interpretes, ac causarū patroni quando & ipsos militare volumus, certā victoriam consequamur. Quinimo tuis centuriis conscripti milites armatæ militiæ militibus hoc præstāt: quod quo tēpore castris continētur, vallum seruant, propria sequuntur signa, eodē quasi vigiles, excubias ducunt, & quid apud hostes agatur, quid quoquo loco lateat, insidiarū speculantur. Denique consilia hostilia penitus obseruant atque explorant, nec ante eos in aciem ad pugnam educere compellimur, quàm sit nobis de futura victoria prope compertum. Quod nullus vnquam Imperator, vel oculatissimus hactenus præstitit, vel in posterū videtur præstiturus, quo fit, vt quicunque ius Cęsareū profitemur, ingentes tibi eo nomine gratias

habituri simus, quippe quibus si vel patrocinando, vel interpretando, vel quoquo modo disputando sit, confligendũ numerosissimas atq; expeditissimas copias momento temporis comparaueris nullo prorsus nostro impendio, labore vel incommodo. Non sum nescius de labore minimè vitãdo præclarè multa ac magnificè passim ab illustribus Scriptoribus tradi, atq; declamari atq; Herculem ipsum, aliosq; Heroes laboribus in cœlum sibi aditũ parasse prædicari, sed certè laborem soporémq; Plato inimicos credidit esse studiorum, quod si aliter sit, nihil tamẽ est hodie magnopere verendum, ne iuris Studiosi nimis sint ociosi, cum librorum quotidiè excrescentium, non dicam copia, sed moles, plus æquo nos fatiget. Atque si cæteris mecum conueniat, ego is sane sim, vt fatear ingenue, cui condormiẽti quasi cuidam Timotheo Deus aliquis vniuersum ius ciuile instillet, libentius hoc sim amplexurus, quàm immensos labores, ac vigilias, quibus dũ aliquid præ cæteris sapere adnitimur, corpus animúsque torquetur, ac frangitur. Ac veluti in metienda, fruendáque agri vbertate nihil referta diligentia ne, aut laboribus coloni, an vero cæli clemẽtia, & labentis anni temperie vbertas ipsa contingerit, ita etiam non est magnopere requirendum, qua ratione factum sit, vt quis multa didicerit, dum tamen didicerit. Ac nõ nisi diuino ingenio (me iudice) vt cętera omnia Maro laboris sedem non è campis elysiis sed primi in faucibus orci inter terribiles visu formas extra statuit, & eidem socios addidit lætum simul famem, egestatem, bellum Eumenides, & si quid est tristius, horribil úsque quod mortales vexet, atq; excruciet, & vt præclara quædã res sit labor plerique tamẽ (teste M. Tullio) eũ fugimus. Quod quia pro te etiam sine vlla ferme iactura iuris Studiosis facere nunc licet, non minus tibi debere incipient quàm magno tritauo tuo Barthelo, qui antiquorum iurisconsultorum scripta, vt tu Modernorum, licet alio quodam scribendi genere, in luculentam (vt verbis vtar Iustiniani) erexit consonantiã. Habes nostrum de Reportatis tuis iudicium. Reliquum est, vt te Studiosorum omnium nomine etiam atque etiam horter, ac rogem, ne vtilissimum hoc scribendi genus intermittas. est enim huiusmodi, vt magnas quotidie accessiones & incrementa accipere posit, & quantus quoquo tempore libro tuo nouarum auctoritatum ac locorum cumulus accedet, tanta etiã tuo nomini nouæ laudis, ac veræ gloriæ in dies fiet accessio. Vale Perusiæ, Kalen. Septemb. M. D. L. X X.

LIBRARIVS LECTORI.

Collectas declarationes ab excellentiſsimo Alphano ex omni iuris ciuilis Volumine ad tui commodum edimus candide Lector, quas tibi delectationem, vtilitatémque pariter allaturas ſperamus, ſi in duplici Indice foliorum numerum non citauimus, ne mireris, nam leges ab ipſo Authore numeris ita ordinatas habes, vt ſuperflua foliorum allegatio nobis viſa fuerit, idémque in notabilium materiarum Indice ſeruauimus, talem enim obſeruationem non eſſe neceſſarium æſtimauimus. Opuſculum igitur hoc aureum, velut theſaurum tibi compara, chariſſimumque velut precioſam margaritam habeas, & vale.

BERNARDINI ALPHANI IVRISCON.
PERVSINI SEXTI A BARTOLO,

COLLECTANEA IVRIS Ciuilis.

1 *L. Hac edictali. C. de secun.nupt.*

MAter secundò nubens,non potest plus donare vel relinquere secũdo marito,quàm quod minus reliquerit vni ex filiis primi matrimonij.

De materia istius l. & an ante omnia filij prioris matrimonij detrahãt legitimã,& quid habeat secundus Coniux. Vide Cra.cõsil.142.& 20.Alex.ad l.Muliérq;.ff.ad Trebel.Dec. in Auth. Præterea nu.7. & ibi Pic.nu 33.37.& 40.C.vnde vir & vxor. Ias. in Auth.vnde & si parens.nu.4.C.de inoff testam.Affli.decis.75.Quędã,aliquid pono.ad l fœminę.§ illud C.de secũ.nupt.Crem.singul. 89.An lex Rot.Rom.decis.34 in mater.Paris cõsil.92.95.lib 3.Cra. consil 40.& 193.num.11.Rip ad l.in quartam,in fin. ff ad l.Fal. Io. de Ana.consi.67.& ibi Bologn.in addi.ad cum Bal.consil.12.& 297. lib.4. & consil.271.lib.2.Anch.consi.105.&'380.Corn consil. 82. l.3.Rip in lib.respons in tit.de secun.nupt.Soc Iun.cõsi 103.nu.43. lib.1.Latiúsq;alibi Rolan. à Vall.in tract.de lucr. dot. q 24.nu. 2.q. 26.num.1.8.13.& 15.& quæst.28.num.1. & 3.& q. 28.num.1.& 6. & q.30.31.32.33.34.& 35.

An dispositio d. l. habeat locum in filiis vulgò quæsitis, Rom. singul.232.an lex.Et quando,& in quibus casib.ista l.procedat, & an possit dari cautella ad eam effugiendam.Dec.consil.246.

Ad glos.hic in verbo diuidi,ibi,dico quòd reuocãt.sequitur Bal. consil.161.secundæ vxori.lib.4.Angel.cõsil 285.Punctus.Riminal. consil.166.nu.6 10 & 17.inter cõsil.diuers ad caus.vlt.volũt.vol.1.

2 *L. Qui autem.ff.quæ in fraud.credit.*

Qui negligit acquirere,non videtur facere infraudem creditorum.An habeat locũ in lucro dotis.Vide Deci.consil.260.Zuccar. ad Rub.C de pact.num.121.Io.Bapt.Cimat ad l legatum.ff de lega. 2.num.20& 49.Cagnol.ad l non fraudantur,in fin.ff.de regul. iur. pro intell.Socin.Iun.consil 124.num 4.lib.3.

3 *L. Si quis intentione ambigua.ff.de iud.*

Ambigua oratio interpretatur secundum intentionem proferẽtis.Declara vt per Dec.consil.77.& ad Rub.C.de eden.in fin. Alex. ad l.si finita,§.Iulia.ff.de dam.infect.ad l.naturaliter.§.nihil. cõmu-

19.& 402.Cagnol.ad l cũ quædã puella.nu.3.& seq.ff.de iurisdict. om.iud. Didac.de testam.2.par c 7 nu.6.Phan in tracta de lucr.dot. glos.9 num.3.cum seq.Rolan.à Vall.in eod.tract.q.12 in fin. num. 15.& q.16.num.5.& q.21.num.8.

7 L. Leges sacratissimæ.C.de ll.

Leges non debent ab al quo ignorari. Declara vt per Are. ad §. suspectus.Inst.de suspect.tutor.per Alex.ad l.1.§ si quis ita. nu.9.ff. de verbor.obligat.Ias.ad l quod te.nu.35 ff.si cert per Bart. ad l.de quibus.ff de ll.quem refert Ias.in addit.ad Port.ad § sed quod principi.num.24.Instit.de iur.nat Ripa ad c.sæpe.num 92 extrà de rest. spol.& ad l.1.§.si quis ita.Alcia regul.3.præsump.31.Abb.ad c.1.nu. 9.extra locat.Coras.lib.4.Miscella.c.17.

8 L. Quod labeo ff.de carbon.edic.

Lex non debet esse de indubitabili.vide Deci ad l.illã. C.de collat.num.1.& 2.& ad l.liberi.C.de bon poss.cõtra tabul.Sil.Nup.lib. 6.fol.673.in impress.Venet.vers.item in dubio.Rom.sing.748.

9 L. Depositum.quæ est l.1 §.si rem deposit ff deposit.

Dolus commissus in vendendo non purgatur rem redimendo. Declara,vt per Paul de Cas.& Ias.ad l quòd te num.4.ff.si cert.pet.a. Iac.de Nig.ad l si Insulam.nu.298.ff.de verb.obl.

10 L. Præsenti.C.de iis,qui ad ecclesiam confugiunt.

Vide Ias.in l.vinum.nu.6.ff.si cert.pet.& ibi Dec.Boer.decis.109. cum sequen.Guid.Pap.quæst.121.Alc.de præsump.reg. 3.præsump. 33.Corra.lib.5.miscell.cap.23.

11 L. Ne quis.C.de Iudæis.

Iudæi contrahentes cum Christianis matrimonium, puniuntur pœna capitis.Ampl.etiam si cum Christiana meretrice Iudæus matrimonium cõtraheret.Didac.Couar.in Epit ad 4.lib.decret.2.par. c.6.§.11.num.3.contra Gomes.ad c.mulieres.num. 12. de iud.in 6. Quid de Iudæo habente rem cum Christiana. Old.in consil.suo. vlt dicit,propter hoc vidisse suspensa virilia cuiusdam Iudæi in platea,de quo tamẽ vide Dec.ad l.1.colu.2.nu.20.C.de ser.fugit.Gand. in tract.malefic in Rub.de rapt.nu.7.Barba. consil.63.lib 4.Bertac. in verb.Iudæus.In materia Cornel.consil.114.lib.1. Dec. ad c.1.nu. 17.de constit.Boe decis.316.Didac.vbi suprà.de intell. & sensu. d.l. Menoch.in tractat de arbitr.iud.lib.2.cent 3.cas.290.num.2.

12 L. Per retentionem.C.de vsur.

Multa possunt retineri quæ non possunt peti. Vide per istũ text. in not.quæst.cap. nostrum.Perus.consil.19.Alexan.ad l.nõ solùm. § morte.ff.de nou.oper.nunc .& ibi Anto.Rub.numer.197. Fortu. Garz.ad l.idem quia.§.idem Iuliano nu. 3.ff.de pact.

13 *L. Consentaneum.C.quomodo & quando Iud.*

Limit.vt per Fel.15.modis a.i c.licet.extra de proba.Bolog ad l. si finita.§.Iulia num.44.& ibi.ff de dam.infect. & ibi Micha.vrcur. num.201.& 226 & vide no repet ad d.l.per N:col. Boer.in 8.volu. repet.Menoch.in tract.de arbitr.iud.lib 1 q.74 num.35.

Ad gloss.in verb.contumacia,quando dicatur verus contumax post glo hic. Vide Thom.Gram.consil 44.Redemptoris.num.26.& 27 Marsiling 53.& 91.Fel ad c in nomine domini.col 5.de test.

14 *Auth.si omnes.C.si minor ab hæred.se abst.*

Restitutio aduersus hæreditatem conceditur post tres menses, si citandi citati non compareant. Vide ad istum tex.Rot.decis. 9. in nou.Declar.vt per Guid Pap decis 141.& 143.

15 *L.In causæ.la 2.§.idem Pomponius.ff.de minor.*

Licitum est contrahentibus se inuicem decipere.Dic d.l.nō habere locum in foro conscientiæ,& per Dec.in consil 111.contrariatur sibi idem Dec.ad l.semper in contractibus,in fi.ff.de reg. iu.ad l.1.C.de edend. ad l pen.C.de pact.ad c.1.in prima lectur. num.67. ex.de constit.Ias.ad l.quoties.C.de rei vendi.nu.19 Cæpol.caut.4. facit Marsing.441.idem Cæpol.in tract.de simu.contract. Fel. ad cap.cū causa,in fi.extrà de testib.Gerard.not.22.Ias.ad l. si quis in cō scribēdo.nu.5.C.de pact.Tiraq.de ll.cōnub.l.9.nu.9.Doct.ad l.2.C. de rescind.vēd.vbi Cagn.nu.11.cū seq Mode.Ancō.in tract.de mer. 2.par.nu.6.& in tit.de ipō.4 p.nu.3. vers.itē quæro. Tiraq.post ll. cōnub.glo.5.par.9.nu 16.Fort. Garzi.intract.de.vlr.fin.iur.cano. & ciuil.nu.277.Ias.ad §.sed iste.nu.104 Inst.de actio.Per.Duen.in reg. 148.Contrahentibus. Didac.Couar.lib.2.variar.resolut.c.3.num.2.

16 *L. Pater filium.§.Quindecim.ff.de l.3.*

Prohibitus alienare partem suam, non est prohibitus alienare partem quam redemit.De intell.vid.post Bart.hic.& ad l.quemadmodum.C.de agricol.& censit.per scriben.ad l.1.ff.de offic.eius sa per 3.q.Bart.vbi Alex.col.pen.nu.88.& sequen.Dec.col.fin.Ias.col. 15.post med.Purpur.nu.614.Dec.consil.88.ad fin.& consil.182.col. fi.Paul.Ias.& alij ad l.filiusfa.§.diui.de le.1.vbi Rip.nu.66. Bart.Ias. & alij ad leg.voluntas. C.de fideicommis. Ias. ad leg. si in testamento.num.3 ff.de vulg. & pupil. Tiraq. in tracta.de vtroque retract.§.32.gloss.1.num.5. & 8.Bellon.lib. 4 supput. cap.12. Rip. ad l.centurio col.6.nu.14 ff.de vulg.& pup.multiplex sensus & intell. per Menoch.in tract.de arbit.iud.lib.1.q.54.nu.25.

17 *L. Fœminæ.C.de secund.nupt.in princ.& in.§.illud.*

Mulier post mortem viri transiēs ad secunda vota,tenetur quicquid acquisierit ex bonis primi viri communibus filiis reseruare,

vel alteri eorum,alienatione in extraneos penitus reiecta. Multa in materia posui suprà ad l.hac edictali. C. de secund. nupt. latiùs tradunt Modet.ab Aquila rem:ssir è.lib.1.com.opin. in verb. Mulier ad secundas nuptias. Bap. à S. Blas. consil. 146. num. 16. inter consi diuers.ad caus.vlt volunt.vol.primo.

Ad §.illud, vbi glo. fin. tangit.An ista l.habeat locum etiam in patre,& an pœnæ,de quibus h c, sint hodie sublatæ, & an renunciatio facta per filiam porrigatur ad portionem,quæ in pœnam sibi debetur vide Dec.consil.87.num. 3. & consil. 206. 230. 396. & 604.col.2. Rom.consil.182.in casu Aret consil. 72. præsupponitur. col.3.Soc.consil 34.in 2.q lib.1.Nicol.de Vbal in tract. de success. ab intest.2.par.col.4.Rui.consil.44.volu.5.Cæpol.caut. 238. Guid. Pap q.228.Crem sing.75.Affli.decis 61.& 75.Crem.sing. 173 consului.Sil.Nup.lib.2.nu.71.fol.73 Afflic.decis.73.num.6.Boer. decis. 191.Bald consil.219 lib.4.Pinel.lin repetit.ad l.1.C. de bon mater. 2.par fol.147.Soc.Iun.consil.43.num 9 lib.3 Rimi.Instit. de donat. in pr n.nu 132.Laur.de Palat.in tract.de succes.3 par prin.num. 36. Iacob.de Alba.in repet.l.qui Romæ.§. duo fratres. num.74. & seq. ff.de verb.oblig Dida.in Epito 2.par c 3.§ 9.num. 8.

18. *L.Si cum inter,quæ est l.2.C.quando prouoc.non est necess.*

Sententia lata contra ius constitutionis, est ipso iure nulla. Limit.non procedere quando iste error expressus non potest legi in sententia,sed tacitè ex ea resultat,vt per Iason.ad l. certi conditio, in prin. num.20 ff.si cert. petat.& ad l. qui Romæ. §. duo fratres. num 52.ff de verbor obligat.Adde per Innoc. ad c. cum p. & g. de offic.delegat sequitur Alex consil.79.in vlt.col.vol.2. Ias. ad l. cum prolatis.num.9. ff. de re iud.

19 *L Si alieni. ff. de solut.*

In nummis vel pecunia numerata sola in mixtione transfertur dominium,Declar.vt per Ias.ad l.singularia.num 12.ff.si cert. pet. Hippoll.Rimi.Instit.quib alien lic. vel non.§.2.num.54.

20 *L. Lex quæ tutores.C.de administ.tutor.*

Tutor cum pupillo non potest alienare aliquam rem immobilem etiam ex necessitate, nisi cum decreto iudicis. An habeat locum in patre alienante aduenticia filij ex aliqua necessitate. vide Ias.ad l.singularia.numer.19 ff si cert.petat. Rip. ad l. obligatione. num.56.ff.de pig.& hypothec. Add. quòd non habet locum in pecunia,quia dicitur esse de rebus quæ seruando seruari non possunt. Loct.ad l.1 §.quæsitum.ff ad Trebel. Tiraq. post ll.connub. gloss. 8.num.194.Rimi.Inst.quib. alien. lic. vel non, in princ num. 197. Dec.ad l si filiusfam.colum.2.in princ ff.si cert. pet. nisi pecunia sit

dedi a

Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 30. nu. 13.

25. L. Plerique. ff. de in ius vocand.

Nemo inuitus potest extrahi de domo sua. Limit. si esset suspectus de fuga, vt per Ias. ad l. vinum. num. 4. ff. si cert. petat. Quod ampliat etiam ad ecclesiam, de quo vid. ibi per Dec. Add. Cepol. caut. 51. Hippoll. not. 189. Mod. Ancon. in tract. de mercat. in tit. de noui. 2. par. numer. 5. Rimi. Instit. per quas person. §. item nobis. nu. 30. Dec. ad l. nemo de domo. ff. de reg. iur. Ferrar. caut. 22. latiss. per Philip. Port. in suis conclus. & regu. lib. 3. conclus. 20. vbi ponit 14. ampliat. & 18. limit.

26 L. Magnam. C. de contrahen. & commit. stipul.

Dies interpellat pro homine. Ampliat & declarat, vt per Ias. & Dec. ad l. vinum. num. 9. & 10. ff. si cert. pet. vbi Ant. Rube. num. 100. cum sequen. Ias. ad l. si ex legati causa. num. 11. cum sequen. ff. de verbor. obligat. & ad l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. numer. 6. de leg. 1. Dec. consil. 2. & consil. 439 nume. 6 Paris. consil. 34. 1. vol. & quòd dies legalis tacitus incertus nunquam constituat in mora promissorem, nisi sit interpellatus. in not. q. idem Paris. consi. 5. nu. 49. lib. 4. Add. Balb. decis. 197. Soc in reg. 90. in verb. dies. Iacob. de Nigr. ad l. si insulam. num. 108. ff. de verb. oblig. vbi Anib. de can. num. 88. nouissimè in mat. d. l. Porti. lib. 4. conclu. 23. vbi Ampl. & limit. Cacher. decissio. 49. numer. 5. Et vltimo die termini, vt habeatur pro citatione in testibus examinandis. Afflic. decis. 47. in fi. In pensionibus reseruatis super beneficio soluendis certis temporibus, & locis, quòd dies interpellat pro homine. Cassad. super Reg. Cancel. decis. 2. de pension. num. 9.

27 L. Non dubium. C. de legib.

Facta contra l. disp̃ositionem, non valent, nec quæ ex eis sequuntur, nec iuramento confirmantur. lim. vt per Iason. in add. ad Port. Instit. quib. ex cau. manumit. non lic 2. col. & in §. Præterea. Instit. quib. mod. ius. patr. potest solui. Idem Ias. ad l. 2. §. 1. num. 25. ff. solu. mat. & ad l. 1. num. 10. ff. de lib. & posthu. & ad l. 1. num. 38. C. de sum. Trinit. & ad Auth. sacramenta puberum. col. 8. in princ. versic. quarto dicunt. C. si aduer. vendi. Fortu. Garzi. in tractat. de vlt. fin. vtr. iur. nu. 209. per Alex. in auth. ex causa. in 2. col. circa med. C. de lib. præterit. Declarat Marc. Angelell. inter cons. diuers. ad caus. vlti. volun. cons. 83. num. 6. vol. 1 Soc. Iun. cons. 47. num. 6. vol. 3. Ad d. text. iuncta glos. in verb. pro infectis, quæ dicantur esse contra vel præter legem Tiraq. de vtroque retract. in præfat. num. 31.

28 L. Paulo calliaco. §. 1. ff. de leg. 3.

At hic not. & fin. §. vbi quòd si testator iubet aliquẽ esse conten-

tum,aliqua acceptare pro his quæ testamento reliquerat. Intelligitur de relictis purè,non autem sub cōditione. Add.Rom.sing. 585.Ias.post Alex.ad l.qui Romæ §.duo fratres.ff.de verb. oblig. nnm.30.& 48.& ibi Crot.num 89.& Soci.Iun.

29 *L. Qui cum tutoribus.ff de transf.*

Transactio non porrigitur ad ius de nouo ab intestato proueniens.Ad glo 2 ibi actiuè,& Passiuè. Adde.Bal.consil 79 col.1.lib. 1.latè Doct.ad l.qui Romæ.§. duo fratres.ff. de verbo.obliga.vbi Ias.num.45.ad fin.Alex.nu n.35,ante fin.Crot.num.30.& seq.

30 *L.Rem maioris.C.de rescind.vend.*

Decepto vltra dimidium iusti precij, suppletur iustum preciū, vel reddito ab eo precio res recuperatur. Vltra ea quæ hic latiss. ponunt scriben.Adde quæ per Rim.Inst.quib.alien.lic. vel non.in prin.nu.142.Pro intel.vide Aret.d.§.actionum.nu.7.Inst.de Actio. in mat.huius l.Crauett.consi.7.per tot.Caccial.in tract.de feu.cogni.art.6.num.31.Fab.de Mont.in tract.de empt.& vend.in 8.par. num.7.Gozad.consi.44.num.15.Cra.consi 114.col.penult.& 151. nu 6.25.& 31.& cons.29.160.col.2.& 192.Calder. cons.2.in tit. de empt.& vend Cassad.in decis.vnica,de empt & vendi.Rom. cons. 423.Dec.ad l.fi.nu.18.ad fi.C.de pact.& ad l.quatenus.ff.de regu. iur.l dem Dec.cons 181.num. 4.& consi.210.309.& 583.vbi limit. pluribus mod.Soc.I un.cons. 50.col.2.lib.1. & cōs. 50.nu.15.lib. 2.Thom. Ferrat.caut.4.Ant Nigosan.in tract.de pig. & hypoth.5. par.1.memb.num.42.in 9.volum.tract.Alex.cons.118.num 6.cum seq.vol.7.Tiraq.de retract.§.1.glo.18.nu.64.& 66.cum seq. & ad l.si vnquam in præfat.num.127.C.de reuoc donat. Bald.in tract. de præscrip.26.q.4.par.prin.nu.1.in 8.vol.tract.Soci.in Regu.226. vbi limit.multis mod.Boer.decis.253.nu.4.Gerard.sing.22.Steph. Forcat.in necyoman.iur.dialog.100.nouiss.latè.sed remissiuè per Philip.Porti.lib.1.conclu.vtr.iur.conclu.36.in trāsact.I o.de Anan. cons.33.nu.4.I o.de Neuiz.cons 89.nu.2.I oann. Crot.cons.12.& cons.120.num.38.& cons.145.num.4.Vt non procedat in læsione enormi, si constet de scientia stante iuramento, & quando cōstat venditorem donare voluisse. I o. Ceph.cons.210.num. 70. vsque ad num.77. volum.2. Et an porrigatur ad dationem insolutum. idem Cephal.consilio 261. numero 1.eod.volu. An in vendit. in sub hast. An cum eius remedio expresse renunciatum est, velcum iusiurandum appositum est nullo modo contractui contrauentū iri,Emanuel.in Thesaur.recept.sent.sub litera l.num.145.Cacher. dec.41.nu.9 In Dote Phau.de lucro dot.glos.10.nu.22.

31. L. Quisquis, ad fin. C. de rescind vend.

Ignorantia virium sui matrimonij non est probabilis. lim. pluri. mod. vt per Port & ibi per Ias. in add. ad eum, ad §. in fraudem. col. 2. Inst. quibus ex caus. manumit. non lic. & per Soc. Iun. con. 73. col. fi. lib. 2. & quomodo probetur scire quem valorem rei suæ, vide Dec. consi. 583. Soc. cons. 48. lib. 4.

32. L. Quidam in testamento. ff. de leg. 2.

Legatum incertum ad viam reficiendã valet Ampl. idem procedere si esset relictum pro domo. Ias. ad l. ita stipulatus. numero 11. ff de verborum obligationi. & de verbis importantibus liberam voluntatem testatoris, & arbitrium boni viri. Add. Guido. Papæ decisio. 475. in iure & Soc. & alios ad l. 1. num. 51. cum seq. ff. solu. matri. vbi Rimi. num. 79.

33. L. Hæc verba, quæ est. l. 3. ff. de leg. 1.

Expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur. vide Port. vbi Addit. ad eum, ad §. cum autem impuberes num. 11. Inst. de adopt. Rip. ad l 1. col. 3. nu. 7. C. de pact. & ad l. Centurio. num. 159. ad fi. ff. de vulg. & pupil. Scriben. ad l. Gallus. §. Et quid si tantum. ff. de liber. & posthum.

34. L. Quicquid calore iracundiæ. ff de regul. iur.

Gesta calore iracundiæ non habentur rata, nisi perseuerantia apparuerit. vltra Dec. & Cag. hic latè, vid. Ias. ad l. si duo patroni. §. si quis iurauerit col 2. ff. de iure iuran. & ad l. si filiam tuam. C. de inof. testa. Felin. ad c. sicut. extra de iur. iuran. latè Rom. sing. 154. Coras. lib. 1. miscel. cap. 8. Hierony. Alb. consi. 12. Moro. in tract. nuper edito. de fid. treg. & pact. 2. par. 38. q. num. 12.

35. Auth. Presbiteros. lap. C. de Episco. & Cleric.

Sacerdotes vel clerici sunt sub potestate patris constituti, possunt tamen de quasi castrensi peculio tam inter viuos, quàm in vltima voluntate disponere. Declar. vt per Hostien. & Innoc ad c. indecorum. extra de ætat. & qualit. vide addit. ad Port. ad §. filiusfam. Inst. quib. mod. ius patr. potest. solui. De intell. Barb. in tract. de præstan. Card. 3. q. Basilica. 1. par. nu. 9. Paris. post Dec. & alios ad c. in præsentia, præsertim num. 156. extra de probat. Didac. ad c. quia nos. nu. 1. & seq extra de testamen.

36. L. si Curatorem habens. C. de in integr. resti. minor.

Minor habens curatorem, si contrahat sine illo, contractus est ipso iure nullus, secus si non habeat, quia solũmodò restituitur; Iason. ad l. videamus nume. 17. ff. de in lit. iuran. Et an possit donare causa mortis sine curatore. per Tiraq. post ll. connub. glos. 5. num. 72. & 83.

37 *Auth. Hodie nouo iur. C. de Custod. Reor. & l. Nemo, quæ est l. 1. C. de offic. diuer. Iud. & Auth. sed hodie, eodem tit.*

Mulier pro debito ciuili non potest in carcere detineri. Limit. & declar. vt per Ias. ad l. ad egregias. num. 9. ff. de iur. iuran. & ad l. plerique. num. 34. ff. de in ius vocan. Balb. deci. 393. Hipp. sing. 248. conditio. & sing. 279. Dixi. Phil. Franc. ad c. Mulieres, de iud. lib. 6. Soc. in reg. 119. 2. Fal. dec. in reg. fœminæ. num. 72. ff. de reg. iur. Alex. in apos. ad Bar. ad auth. Matri, & Auiæ. C. quando Mulier tut. offi. fang. pot. Ad l. nemo. versi. quæ intra domum. Considerato sexu, vide Cassan. in catal. glor. mund. secundæ par. 25. consid.

38. *L. Si quando. C. vnde vi.*

Damnum datum per violentiam probatur per iuramentum Actoris cum taxatione Iudicis, vide Puler. repet. ad d. l. per Io. Bapt. Plot. qui latiss. re. vide Ias. ad l. videamus. §. deferre. nume. 12. & 13. ff. de in lit. iur. Balb. decis. 292. Franc. Cur. ad l. admonendi. nu. 345. & seq. ff. de iur. iuran. Duaren. ad l. in actionibus. nu. 50. ff. de in lit. iuran. Soc in reg. 190. interesse. In mat. Felin. ad c. veniens, el 2. post med. col. 4. vers. 5. conclu. de testib. & quomodo procedat. Ioan. crot consi. 122. num. 12.

39. *L. Dolo facit. ff. de dol. mal. & met. exce.*

Dolo facit quis petere, quòd debet restituere, vide Bar. ad l. ita stipulatus. nume. 36. ff. de verbo. oblig. & ad l. si quis cond. C. locat. Ias. ad l. si constanti. nu. 184. ff. solut. matri. Felin. ad c. debitores. 4. colum. extra de iur. iurand. num. 5. Balb. decis. 75. Alexand. consi. 6. num. 7. vol. 3. Soc. ad l. rem quæ nobis. col. 6. circa princ. num. 7. & col. antepe. nu. 9. Vbi dicit communem opin. esse non habere locum, nisi in possessorio adipiscendæ, non autem in poss. recuper. vt per Rot. de qua ibi per eum.

40. *Auth. ingressi. C. de sacr. san. eccle.*

Ingressi monasterium non possunt amplius testari. aret. ad c. si. const. quibus non est permiss. facere testam. num. 5. Felin. ad cap. in præsentia num. 54. & per tot. de probat. Roma. singu. 439. Soc. reg. 180. ingressi. Tiraq. in tract. le mor. sai sit. 2. par. 14. declarat. Alex. consi. 10. vol. 5. Afflic. decis. 320. num 3. & per tot. Cep. caut. 201. Dilect. tit. 1. caut. 4. Rom. cons. 280. circa fin. & quid si ante fecit testamentum. An per ingressum Religionis reuocetur. glos. ad §. Illud in auth. de Monach. nouissi. per. Iul. clar. lib. 3. sent. §. testamentum. q. 28. versi. sed recenta. abb. Felin. & alij ad cap. in præsentia. extra de testa. Vbi Dec. num. 242. cum seq. An ingressus Monasterium ante professionem dicatur religiosus, & eo tunc moriente succedat Tira. de vtroque retrac. tit. 1.

tit. 1. §. 1. glos. 8. num. 21. & 28.

41. L. Omnes. §. Lucius ff. quæ in frau. credit.

In donatione omnium bonorum præsumitur fraus, & sufficit libellum præsumptiuè concludere. Bar. ad. l. cùm quid. num. 14. Vbi alij. ff. si cert. pet. Felin. ad fin. extra de libel. obla. Alex. consi. 108. Viso themate. num. 3. volu. 4. anib. decano. ad l. post contractũ. nu. 61. ff. de do. Ia. ad §. itē si quis in frau. co. 7. Inst. de act.

42. L. Adigere. §. quamuis. ff. de iu patro.

cessante causa legis, cessat & dispositio. bar. ad l. 1. cum glos. communiter recepta. ff. de legit. tutor. alex. ad l. fi. in primo not. c. de edic. diui adr. tollen. num. 2. vbi latè in materia aliqua per Ias. ad l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. vide Dec. ad c. 1. col. 10. vers. sed addatis. extra de constit. & ad l. 1. in glos. in verb. fortissimũ. ff. de offic. eius. plures declarationes & limi. ad d. tex. vide per anib. deca. ad Rub. ff. sol. matri. nu. 39. & sequen.

Ad glos. hic quæ dicit, quòd ius ciuil. tollit iuramentum, contra eam est com. opin. vt per Fortu. Garzi. in tract. de vlt. iur. ciuile. num. 232. & 244. Felin. ad c. 2. de spon. col. 10.

43. L. Si defunctus. C. arbitr. tutel.

Lex semper præsumit aliquem lucrari posse, vide Rom. latissi. consi. 159. præsertim. nume. 5. alex. consi. 78. lib. 2. num. 4. & seq. Dec. consi. 175. in fin. cagnol. latissi. ad l. fin. num. 121. & 127. c. de pact. lim. vt per bal. ad auth. licentiam. c. de Epis. & cler. alciat. Reg. 3. præsumpt. 3. & li. 6. parer. cap. 14. abb. ad c. 1. 4. not de test. Roman. consi. 346. coras. lib. 3. miscel. cap. 5. num. 7. Lauren. Sil. consi. 86. num. 6. lib. 2.

44. L. Qui ob hoc, quæ est l. 1. ff. de iur. immun.

Priuilegium concessum generi posterisque suis, ad natos ex fœminis non pertinet. In mat. vide per Dec. con. 32. ad fi. & con. 223. & 468. col. fi. & con. 498. Viso. col. 6. nu. 5. & 20. Latè ad reg. fœminæ, præsertim nu. 65. vsque ad nu. 73. ff. de reg. iur. & ad ca. nouit. de iud. col. 2. per Anch. consi. 339. col. 4. vbi limit. cor. consi. 177. lib. 4. Fulg. consi. 120. Ias. ad l. si quis id quod. nu. 8. ff. de iurisd. om. iud. Ant. de Butr. con. 9. col. 1. Alexan. consi. 160. li. 2. cor. con. 219. lib. 2. latè Tiraq. in tract. de retra. prox. §. 1. glos. 9. num. 239.

45. L. Si Infanti. C. de iur. deliber.

In mat. istius l. vide per Dec. con. 87. per Tiraq. in tract. le mort. saisit. 2. par. declarat. 16. nu. 3. Soc. Iun. consi. 119. num. 19. lib. 1.

46. L. Dos à patre. C. Solut. matri.

Dos à patre profecta post obitum filiæ ad eum reuertitur. Limita vt per crauett. in consil. 84.

Ad glo.fi.ibi dum Mar.dicit non habere locum in consuetudine existentibus liberis. An hæc consuetudo locũ habeat in docte promissa,& nõ tradita quod possit peti. Dec.con.35.Rip. ad l. in quartã.nu.190.ff.ad l.Fal.Quod sic.In matr.Guid.Papæ. 438. crauett.d.con.84.ad fi.Rot.dec.12.de rest.spol.in prin. per Bisig. capic.deci.176.Quod sic consuluit Soc.Iun.con.35.li.1. contrarium.1dẽ con.114.vol.3.Frãc.Zoan.con 35.Mo.ad l.post dotem. num.38.ff.sol.mat.Soc.iun.ad rub.ff eod.tit.in p.part.nu.50. Sil. nup.lib.2.nu.79.Rolan.à Valle in tracta.de luc.dot. q. 5. num.8.

47. Miles. §. Defuncto. ff. ad l. Iul. de Adul.

Natus in domo Mariti ex muliere, quæ probatur commisisse adulterium, præsumitur filius legitimus Mariti fauore filiationis. Addi.Dec.consi.657.Gozad.con.13.nu.48.Dec. ad cap. per tuas. nu.8.extra de probat.Alci. in tract.de præsumpt.reg.3.præsumpt. 37.Paris.latè con.10.num.83.& consil. 29. nume. 77. lib.2.Soc. iun.consi. 86. num.44.lib.2.ceph. consi.82.num.58. volum.1. colleg. Pataui. consi.3. num.76. inter con.diuers. ad caus. vlti. vol. l.Port.lib.1.conclu.18.Iac.Menoch.de arbitr.iud.lib.1.q.88. num.24.& lib. 2.cent.prima cas.89. num.21.

48. L. Promittendo. ff. de iur. dot.

Promittendo dotem, vnusquisque obligatur cuiuscunque sexus, conditionisque sit,vide Dec. consi.302.vbi lim. & quo casu iste text.procedat,vide Negus.in tract.de pigno.1.membro 8. par princ nu. 24. Steph. de Barbe.consi.106.numer.27. inter consil. diuers. in mat. vlt. volun lib.1.

49. L. Qui sic soluit. ff. de solut.

Lim.vt perGerar.sing.26.coras.ad l.frater à fratre.ff.de cond. indebi. 2.par.num.13.post ias. ibi.num. 5.

50. L. Sancimus, quæ est fi. C. de reb. alien. non ali.

Prohibita alienatione videtur prohitus omnis actus, per quem alteri quæritur ius rei,& bonum est argum. de testam. ad stat.& econtra.in mat.vide Rip.ad leg.filiusfam.§.diui. ff.de leg. 1. Tiraq.post ll.connub.in glos. 5. per tot. ias. ad leg.ita stipulatus.col.10,in fin.num.17.ff. de verb. oblig.De intell.d. text. vide Fabian. de Monte intracta.de empt.& venditio.22.q.prin.nu.11.

51. §. Disponat Auth.de Nupt.

Voluntas testatoris seruatur pro lege. intellige nisi contrarietur iuris dispositioni.l. Nemo potest. vbi ias. num.2. ff. de leg.1. idem ias. ad l. filiusfam. §. diui. nume. 12. ff. eodem titut. in 2. lect. Guid. Papæ. quæst. 515. per iul. clar. lib. 3. sent. §. testamentum.quæst.61.

52 *Auth. sed quamuis. C. de rei vxor. actio.*

Patri non licet minuere dotem filiæ ad se reuersam, ea denuo nubente nisi eius patrimonium fortuito fuerit diminutũ. ad tex & glos. hic. vide Dec. in cons. 355. vbi in Materia. Aret. ad §. fuerat. num. 20. insti. de actio. Cros. ad l. si constante. 2. rep. nu. 13. ff. solu. matr. Tiraq. de retract. conuen. ad fin. tract. num. 35. Marian. Soc. cons. 43. col. pen. lib. 1. Quod cõmunis conclusio quę habet quod dos recuperata nõ dicatur proprie dos, fallit in casu huius Auth. vt etiam per Alci. ad Rub. ff. solut. matr. nu. 14. post med. in mat. huius Auth. vide Rom. sin. 788. vbi, An idem sit, si vellet ingredi Monasterium. Rip. ad l. 1. num. 61. solut. matri. quid si filia nõ vult secundò nubere, neque Religionem ingredi, sed per se stare, dic non habere locum hanc dispositionem. Rip. d. l. 1 nu. 63. in materia desider. Guid. inter cons. diuers. ad caus. vlt. vol. cons. 170. num. 36. 41. 91. 95. 96. & 101. vol. 1.

53. *Auth. ex complexu. C. de incest. nup.*

Filij nati ex incestuoso, & nefario complexu non succedũt, nec ali debent, quia sunt indigni paterna substantia, vide Dec. cõs. 611. & ad c. in præsentia. nu. 114. extra de probat. & ad c. cum ecclesia S. Mar. de cõst. nu. 112. Crauet. cons. 138. 184. 199. In mat. Aret. cõst. de iur. nat. in prin. nu. 5. Rip. ad rub. ff. de verb. oblig. nu. 58. & ad l. 1. num. 66. ff. solut. matri. Boer. decis. 127. Mars. sing. 358. Paleot. in tract. de not. & spur q 47. 14 ampl. & lim. Ad hunc text. vide per Duen. in suis reg reg. 366.

54. *L. Iudæos. C. de Iudæ.*

Inuocatio diuini nominis ab homine diuersæ sectę videtur fieri in contemptum. Declara vt per Bar. ad Rub. 1. constit. C. instit. nu. 1. 2. vbi infert, & quando Iudæus contrà fecerit, à quo iudice puniri debeat seculari vel ecclesiastico. Guid. Papæ. q. 63. Feliu. ad c. postulasti. num. 4. & seq. extrà de Iudæ. ad hunc tex. in fin. ad d. Hippo. Rim. inter consil. diuers. ad caut. vlt. vol. cõs. 165. volu. 1.

55 *L. Hac valitura, quæ est fin. C. de Iudæis.*

Iudæi non possunt habere aliquem honorem. An ista l. loquatur solùm in administratione publica, vel etiam in priuata. Ias. ad Rub. ff. de instit. & iur. col. 2 vbi multa in mat. huius l. & per afflic. super constit. Regn. in prin. oper Fel. & alij ad c. fin. extra de Iudę. Ias. ad Rub. de nou. oper. nunc. col. 2. Crauet. cons. 73. num. 26.

56. *L. Et tamen adiectio. ff. de leg. 3.*

Relatiuum Quis vel qui, positũ cum copula auget, sine copula restringit, not. Bart. ad l. omnes populi. 1. opposit. ff. de instit. & iur. & ad l. 1. colum. 1. C. de sum. Trin. vbi Ias. num. 2 Bal. ad l. præ-

cipimus.nu,4.C.de appell.Aret.Inst.de act.§.omnium col.1.Old. consi.126.Barba.cons.38.col.12.vol.2.Soc.ad l. si is qui ducenta. §.vtrum.num.2.ff.de reb.dub.

57 *L. Pamphylo.§.propositum.ff.de leg.3.*

Verbum volo,seu vellem prolatum à testatore inducit dispositionem.ita Bar.hic.not.& in le.cunctos populos.col. 1.in fin. & seq.C.de sum.tri.Sed communis contra quod non inducatur dispositio ex illo verbo,vellem,sed ex alns,quæ in hoc tex.concurrunt.Ias.in d.l.1.col.5.C.de sum.tri.latè per Doct.hic,& in l.serui electione.de l.2.Soc.Iun.cons.179.aliquantisper.lib.2.col. 1. & 5. vbi inter cætera quatuor considerat hic requiri.vt habeat locum iste tex.Idem Soc.Iun.cons.183.num.16.eod lib.3..vide Alciat.li. 3.Parer.c.23.Pontanus ad l. 1.§.si quis ita.nu. 13.ff.de verb.oblig. vbi Alc.nu.17.Crot.num.24.vbi nouiter declarant hũc text.Nig. num.32.& seq Colleg.Patauí.cons.1 num.4.inter cons. diuers.ad cau.vlt.volun.volum.1.& ibidẽ Vincẽ.de Paleott.cons.135.nu.11.

58 *L. Iudæi.C.de Iude.*

